

LIBER SEPTIMVS.
DE VOTO PAVPER-
TATIS.
CAPUT PRIMVM.

De potestate, quam nouitius, vel volens ingredi religionem, habet ad disponendum per viam donationis, aut renunciationis de propriis bonis, attento iure antiquiori.

SUMMARIUM.

Quos questiones disputatione sunt. n. 1.
An donatio facta à nouitio, vel volente ingressi religionem, sit forma, nec reuocetur non sequuta professione, attento iure antiquiori, pender in foro conscientia ab eius intentione. n. 2.
Quando de intentione hac non constat, standum est in utroque foro presumptioni fori externi. n. 3.
Quid si intentio presumptioni in dubio, ex sic reuocetur donationis, aut renunciationis professione non sequuta. Referuntur variae sententiae. n. 4. & 5.
Explicatur sententia authoris. n. 6. 7. & 8.
Quid si ea donatione non fuit facta principaliter, sed accessoria cum persona? n. 9.
Quid si virgine, conjectura ad presumendum donationem hanc absolute factam esse? n. 10.
An sit huius conjectura sufficiens, quando non in ingressu,

sed ex interno est facta donatione? n. 11.
Quantum dicatur hoc interuum, n. 12.
An nomine huius ingressu intelligatur sola professio? numero 13.
Quid si donatione non fuerit ipsi religione, sed alii? n. 14.
An exigatur, ut nouitius excessu possit recuperare bona donata, ut protestatus sit tempore donationis velle experiri religionem? n. 15.
Quid si usus explicit donationem esse absolutam? ubi de usu oblationis, quem seruanti moniales apud Iulios. n. 16.
Utrum sicut predicta donatione cassaver egressu nouitius sit, causa eius morte tempore nouitiam? n. 17.
An donatione bona nouitius possit reuocari ab eo perseverare ratione cum persona? n. 18.
An valeat donatione omnium bonorum presentium, & futurorum facta contemplatione ingressu in religionem? n. 19.

A NTEQUAM de facultate disponendi, quam habent professi, dispertemus, tractandum est de facultate, quam habent nouitii, aut voluntates religionem ingredi; & cum dispositio hec possit fieri donatione, aut testamento, insuper aut circa bona temporalia, aut circa beneficia ecclesiastica, que possident, seorsim de his omnibus hoc capite, & duobus sequentibus agendum est. Et quia nonnulla, que attento iure antiquiori vera erant, immutata sunt per Concilium Tridentinum, prius dicimus quod iure antiquo verum esset, deinde quod iure nouitii Tridentini immutatum sit, explicabimus. In praesenti ergo tractandum est de donatione, seu renunciatione bonorum, que sit à nouitio, vel volente ingredi religionem. In qua re triplex est qualitas. Prima est de firmitate donationis huius, quando nouitius egreditur, aut ante professionem moritur. Secunda de firmitate huius donationis, quando professus est, at professione fuit ita. Tertia de firmitate huius donationis facta in religione Societatis Iesu.

QUESTIO prima. An donatione facta à nouitio, vel

volente in nouitiatum ingredi, sit omnino firma attento iure antiquiori, ita ut eo exente, vel moriente ante professionem minimè reuocetur? Punctus difficultatis huius est perpertus, an donatione facta censeatur in dubio facta inter vivos, ac proinde sit omnino irreuocabilis; an potius, ut in leto donationi causa mortis, censeatur facta contemplatione professionis, que mortis mundana ciuilis est? arque adeò sicut donatione facta mortis causâ vim non habet, donec mortis a donatione hac non sit firma, nec aliter equita professione? Et quidem quod ad scientiam attinet, si constat intentionem donationis facta causâ solius ingressus, pender donationis ex professione subequata, ac proximequenti sunt restituenda donata, quia videtur donassit, & est si constat donationem non intuitu ingressus facta, non recuperabit, cum sicut donatione pura sit.

Atque ita docent Angelus verbo nouitius, & ibi Tabiena questione 12. numero 13. Armilla numero 16. Syluester verbo religio. 4. quest. 10. & verbo religio. 5. q. 12.

Quando autem de intentione hac non constat, standum est

Liber VII. Caput I.

257

Atque idem centendum est quando maioris partis bonorum donatione esset, quia amissio maioris partis bonorum equiparatur amissioni omnium bonorum, cap. 1. de restitutione spoliatorum, in 6. in fin. principij. & 1. propter litem, in prae. ff. de excusas iuris. & ita notat Abbas. et. casum matrimonij. n. ultimum.

Idem quando ille aliqua non modica donavit, quia non videtur in dubio aliquis notabilis bonorum parte velie priuare, nisi ob cauam ingressus. Ita Cardin. cap. quod a te. num. onico. in oppos. 4. de clericis conjugatis.

Hæc tamen sententia est quadrupliciter temperanda. Primo, ut intelligatur quando dedicatio bonorum fuit expressa, & principaliter facta: nam si fuit tacita, seu accessoriæ, nullatenus subsistit, sed in totum corrut, sive sit modica, sive magna, sicut probabantur numero 28. quando est sequuta professio, sed inuadida, etiam prohinc confitit nullitas professio, nemus quando nulla profusa professio fuit sequuta. Quando autem fuit hac donatione accessoriæ, & quando principaliter, dicimus n. 22. & dupl. sequenti.

Secundum temperatur, nisi vehementiores coniecturae virgant ad presumendum donationem hanc absolute factam, & non contemplatione ingressus monasterii, tunc enim coniectura illæ vincent, & presumetur absolutè facta, nec reuocabilis professio non sequitur, quia una presumptione eliditur per alias fortiores, Menochius de presumpt. lib. 3. presumpt. 132. num. 8. & lib. 5. presumpt. 11. num. 22. & lib. 6. presumpt. 6. 4. num. 45. Atque ita docent Abbas cap. casum matrimonij. num. ultim. de probat. Rosella verbo religio. 4. num. 11. Sylvester verbo religio. 4. 9. 10.

Huiusmodi vero coniectura est, quando non in ipso ingressu religionis puncto, sed ex interuum donatione hac facta sit, quippe interuum illud cogit presumere eam non causa ingressus factam. Sic Abbas, Rosella, & Sylvester num. preced. allegati; idem Sylvester religio. 5. quest. 12. num. 13. Manuel quest. regular. tomo 1. 9. 8. 9. 10.

Quantum autem interuum debet esse ad hanc presumptionem capiendam, non explicitant hi Doctores; sed Abbas, Rosella, & Sylvester num. 10. allegatividetur exigere, vt in ipso ingressu religionis ingressu puncto, sed ex interuum. Sed Ananias cap. quod a te. num. 5. juxta. de clericis conjugatis, dicit: si statim, vel medio tempore ante ingressum, censeretur contemplatio ingressus. At Manuel num. preced. allegatus ait, quando longè ante ingressum donatione fieret, capi hanc presumptionem, vt non censeretur facta contemplatione ingressus; unde eam capi posset, quando paucis ante diebus. Idemque, quamvis dubius, censeretur Beroius cap. in pres. num. 156. de probat. At ex ultimo interuum hoc non merendum iuxta proximitatem ad tempus ingressus, sed tunc dici in ipso ingressus puncto factam, quando donans firmiter apud se statuit religione ingredi. Quia tunc causa ingressus, & virore qui statutus paupertatis elegit, videatur se spoliare bonis. Quando autem dubium esset, an post tale punctum, an potius ante donatione facta sit, presumetur ex proximitate ad ingressum facta post tale punctum, vt quando longè ante ingressum censeretur facta, non dum ex proprio concepto. Et ita intelligendi sunt Doctores predicti hanc presumptionem ex proximitate ad ingressum ponderantes, sicut in similis tractantibus Doctores quando testamentum in seculo factum, in quo religio instituta non est, censeretur reuocari per ingressum religionis (vt referemus cap. 3. num. 2.) dicunt, quando testans tempore testamenti cogitabat de ingressu, censeretur velle religionem excludere, atque ita non reuocabitur, secus quando non cogi-

tae.

Summa Th. Sanchez pars III.

tauit. In dubio autem an cogitaret, necne, dicunt id praesumti ex proximitate, aut distante ad ingressum.

¹³ Similiter non explicans hi Doctores, quid nomine ingressus intelligatur, an scilicet ipsa religiois professio, que vere, & cum effectu est religiois ingressus, an etiam ingressus in nouitiatum. Sed existimo eos quoque loqui de ingressu in nouitiatum: arque ita dicendum est, sicut hinc coniecturam, ut censeatur donatio facta contemplatione religiose vite, & eius firmitas pendeat ex professione subsequente, quando facta est postquam donans propositus in seculo ad religionem transire; & presumi hoc propositum, quando proxime post transire, habentique nouitiorum suscepit: qui tunc elegit vitam pauperem, & prae-textu talis electionis bona deserit, illis disponens, & ex rure vero de religiois ingressu per professionem deliberat.

¹⁴ Loquuntur etiam Doctores praedicti, quando donationis huiusmodi fieret ipsi monasterio. At idem clare sentiunt, quando donatio fieret cunctum alii: quia exdem est ratio, nempe non presumi quicquam cogitantem de religiois ingressu, velle se omnibus suis bonis, aut maiori parte isolare, nisi contemplatione ingressus. Atque ita Berouius, cap. in presentia, num. 157. de probacione, dicit idem de donatione facta cuius Eclesia, nempe presumi eam fieri contemplatione ingressus religiois, atque adeo casari professione non sequuta.

¹⁵ Tertiò limitatur predicta sententia, ut donans omnibus bona in ipso ingressu, censeatur donare causam ingressus, & possit recuperare professione non sequuta, ut id intelligatur quando tempore donationis protestatus est ut velle probare religionem, secus si ab solleto donasset: quippe presumitur velle vitam mutare disponendo sic de bonis, & ita non potest exire tanquam causa profissoris. Sic tradunt Hofstieni, cap. statuum, num. 4. de regularibus, & ibi Ioannes Andreas num. 2. Cardin. q. 4. Anchar. num. 7. Anton. num. 2. Abbas num. 4. Gregor. Lopez l. 3. verb. pude. iii. 7. part. 1. Limir Anton. & Cardin. ut censeatur proficer, quando omnia, vel maiorem partem bonorum donavit. Sed Hondevedus, cap. 73. num. 10. 21. & 22. volum. 2. dicit hoc non habere locum post Tridentinum, sed regula, quod ad professionis valorem petet annum nouitiatus expleri. At rebus difficultibus, quid si finito nouitiatu anno ea donatio facta sit? Sed adhuc dicendum est, recuperatur non sequuta professione, quia multo verius est animum mutantem vita indicatum per habitus susceptionem, & donationem etiam omnium bonorum, non inducere professionem, ut bene probat Ananias cap. statuum, num. 6. de regulis. & nos lib. 9. de maritione, dispu. 33. num. 19. probauimus animum mutantem vita eum habitus susceptione non inducere professionem, nec vorum simplex religiois.

¹⁶ Vtrum limitatur, nisi vius explicit donationem esse absolutam, ut apud Italos vius increbruit, ut tempore, quo mulier in moniale recipitur, offerat ante altare certam quantitatem pecunia, dicendo; dono hanc in remissionem meorum peccatorum, vel Deo ac B. Virgini eam dono. Quia donatio perfecta est, & absoluta, atque adeo in nullo eventu reuocatur, quamvis monialis illi nouitiatus tempore retrocedat, ut bene docent Petrus de Perusio de mutatione statuum Ecclesiastum, cap. 1. fine. Manuel qq. regular. somo 2. quies. 47. art. 5. s. Vtrum autem hac oblatione valeat post Tridentinum, dicetur infra.

¹⁷ Vtrum autem, sicut predicta donatio cassatur egressu nouitiatu caserit eius morte in religione intra annum nouitiatu, dicemus c. 3. n. ultimo.

¹⁸ Tandem difficultas est, an donatio haec facta contemplatione ingressus religiois, possit reuocari ante professionem ab ipso donante? Videtur enim posse,

quia huc asque diximus huiusmodi donationem assimilari donationi causae mortis, quia tamen semper ante mortem reuocari potest. *I. non omnis. ff. si tertium petatur.*

Ceterum existimo non posse, quia in hoc absurum Doctores assimilari donationi causae mortis, quod non maneat omnino firma, sed reuocetur professione non sequuta, sicut donatio causae mortis expectat mortem naturalem, ut omnino firma sit; non autem dicunt assimilari quoad potestatē reuocandi manendo in religione, quia cestat presumptio huius ratio, dum religio non deferatur, que est, ut remanserit in seculo sit bonis spoliatus. Præterea, quia huiusmodi donatio presumitur facta sub conditione, si professio sequatur, ut tradunt omnes Doctores allegantes, hoc enim dicunt assimilari donationi causae mortis: at donatio conditionalis reuocari nequit antequam conditio deficiat, ut diximus i. tomo de matrimonio, lib. 5. disp. 6. num. 8. & quid simile de voto conditionali diximus lib. 4. huius operis cap. 22. num. 11. Tandem, qui donatio a nouitio facta intra duos menses professio proximos iuxta decretum Tridentini, *ff. 25. de regularibus. cap. 16.* reuocari non poterit ante professionem, quiam ipso inter recte voluntate irrita professione non sequuta, ex decisione illius textus. Ergo a fortiori reuocari non poterit in hoc casu, in quo ex sola voluntate presumpta donantis reuocatur solum quando exit antequam conditio deficiat.

Ex omnibus dictis deducitur, valere donationem omnium bonorum praesentium, & futurorum à voluntate ingrediens, religionem factam contemplatione ingressus, ut tradit Ladeclusus, *cap. 47. 3. lib. 1.* quia haberet tacitam conditionem, si professio sequatur, per quam tollitur libera testam faculta, sicut donatio causa mortis omnium bonorum praesentium, & futurorum valet, eo quod non admittat liberam testam facultatem.

S V M M A R I V M .

An hec donatio reddatur quoque irrita attempo inter antiquiores, si professio fuit irrita in foro conscientiae, quando constat de intentione, & quando non constat, an fundum sit presumptio sequitur?

Quoniam sit oblatione bonorum facta ab ingrediente religione, n. 21.

Quando oblatio haec sit agnè principalis, & quando non accessoria personae, n. 22. 23. & 24.

Quando proficiens ignorauit professionem non tenere, an vacua sit, sine facta sit accessoria, sine agnè principali?

num. 25. & 26.

Quid quando dedicans bona nouit professionem esse irritam referunt varijs sententijs, n. 27. & 28.

Explicatio sententia auctoris, n. 29. & 30.

Q V E S T I O secunda. An sicut donatio contemplatione ingressus religiois facta redditur irrita professione non sequuta, ita quoque reddatur irrita, si professio facta est in alia?

Et meministi: oportet nos in toto hoc cap. agere iuxta decisionem iuris antiqui.

Quid enim nouatum sit per Tridentinum dicitur infra.

Et quia sic diximus numero 2. quando nulla missa est offensio, standum est in foro conscientiae.

Enim, si de ea constet, ita in hoc quoque euenu di-

endum est. Atque ita dicit Angelus, Syl-

uefieri, Tasiens, Armilla ibi allegati.

Quando autem non constat de intentione, standum est in vitrore foro

presumptio fori externi, ut diximus etiam num. 3.

Vt autem scaturit presumptio fori externi, oportet

præmitte suplicem esse bonorum oblationem fa-

ciliante religionem. Quædam est tacita,

qua non inducitur ipso iure per religionis profes-

sionem per omnia professi bona transeuntia in reli-

giōem, & cum persona. Alia autem est expresa,

huc

hec oblatione bonorum expressa potest fieri dupliciter: prior modo tanquam accessoria, quia vocatur a Doctribus etiam tacita, quia est sola expressio dedicationis, quia tacite inest eo modo, quo inest: posterior autem & quæ principaliter cum persona.

²² Quando vero dicatur & quæ principaliter facta, & quando accessoria, non constat inter Doctores. Quidam enim sic distinguunt: si dedicatio bonorum exprimatur per dictio (*cum*) est dedicatio accessoria, & sic ex modo, quo tacite inerat, vt si dicit ingredients, offero me cum meis bonis: si autem exprimatur per coniunctionem (*&*) est dedicatio bonorum & quæ principaliter, quis propositio (*cum*) habet suæ naturæ coniunctione accessoria, & non principaliter, *v. l. & 2. ff. de peculio legato. & 5. si quis unicus, infans, de legatis, aperte probatur, vbi textus decidit seruo legato cum peculio, extinguit legatum peculi, seruo alienato, vel manumisso, vel mortuo: & reddit rationem, quod legatum peculij fuerit accessoriū legato serui. Ergo dictio (*cum*) habet coniunctione accessoria. Et confirmatur, quia l. 3. & 4. ff. eodem it. & co. 5. si quis ancillæ dicitur, legit ancilla cum suis natris, deberatis legato, ancilla perempta, vel manumisso, quod sint duo legata principali, vbi Glofia co. 5. si quis ancillas, verb. exinguimus, & ea. 1. statim in principio, & ea. 4. fin. dicit esse speciale, vt (*cum*) sumatur ibi pro (*&*) atque ita virum legatum sit principale, idque contingere propter hominis dignitatem, ne homo homini accessoriū sit. Ergo regulariter dictio (*cum*) habet coniunctione accessoria; dictio autem (*&*) coniungere principaliter, & l. 5. si cui fundum, 5. ff. de fundo intratu. vbi idem discrimen ponitur inter hos legendi modos, lego fundum, & instrumentum, vel, lego fundum cum instrumento. Atque ita docent Bartolus aubent. ingressus, in prima lectione, num. 14. & 15. in 2. num. 30. & 31. C. de sacrafuntis Eccles. & l. 3. ff. si pendente appellatione, & l. 5. ff. de verbis, significatione. & dicta l. si cui fundum. Angelus co. 5. si quis ancillas, & iratibus de maleficiis, verbis publicani. Abbas cap. querelam notab. 2. de simonia. Iason ea aubent. ingressus, num. 39. 40. & 41. Paulus num. 10. Rosel. num. 11. Imola c. in presentia, n. 33. de probacionib. us.*

²³ Sed aduersus hanc distinctionem insurgit Decius

cum reprobans, aubent. ingressus, num. 23. C. de sacrafuntis Eccles. aitque solam subiectam materiali esse considerandum, quia si res ex sua natura venit & quæ principaliter, ita veniet, sicut dicitur per (*&*) sive per (*cum*) & si suæ naturæ venit accessoria, ita veniet virum modo dicatur. Probat ex l. Tito, xxi. 36. s. nihil dicitur. ff. de legis primo, vbi dicitur, nihil distare, virum ita legetur; Titio, & Mauritio, an ita; Titio cum Muzio: vtricunque enim est coniunctio in legatum. & l. si quis iniquinus, 15. s. 1. virus sit legatum, vbi dicitur virum, quem legatum esse, quando domus, & fundus, aut quando fundus cum domo legatur. Secundò, quia aubent. ingressus, dicitur ingredientem religionem se, & sua dedicare; & ramus est certum non principaliter, sed accessoria, & tacitè venire sua. Verum his non ostendit, non recedendum est à communis distinctione propositi numero precedenti, nec obstat l. Tito, s. nihil dicitur, quia, ut diximus num. 5. accedit, id est speciale propter dignitatem homini; s. nequit, etiam obstat dicta l. si quis iniquinus, vers. si sive legatum: nam respondetur cum Glofia l. si cui fundum, 5. ff. de fundo instru. verb. nihil inter, quantum ad hoc non esse differentiam inter virumque legandi modum, quia semper virumque est legatum. Est autem differentia, quia cum legatur ex dictione (*&*) viru, quae est legatum & quæ principale, & proinde pertinetio altero, alterum debetur: at cum legatur per dictio (*cum*) est legatum accessoriū, & perempto p̄m. ipsali non debetur. Quia quidem differentia est aperta v. ea. l. si cui fundum: nam in illius principio dicitur, nullâ sile differencentiam sive legetur fundus, & instrumentum, sive fundus cum legatur ad hoc non esse differentiam inter virumque legandi modum, quia inuidus est; & quod nullum est, nullum producit effectum: & pars sunt actum non esse, & esse nullum, ut hæc omnia ex multis probauit lib. 3. de maritione dispa. 1. s. Ter-

ti, quia taciti, & expressi eadem est ratio, nec expressio eius, quod tacite inest, aliiquid operatur. cap. significatio electione. l. conditiones, que exquiruntur. ff. de conditionib. & demonstrationib. At quoam ingressus religiois non exprimeret, se illi dedicare bona, efficit tacite

tacitè dedicata per professionem ergo expressio illa nihil operatur. At tacita dedicatio nullum habet effectum quando professo sit irrita etiam propter conscientia fuerit nullitatis, ut probabimus o. sequenti: ergo nec expressa effectum aliquem habebit. Quarto, quia si donatio hac non revocaretur vitia professione, concurerent duo specia, contra l. i. C. de dois promissione. Prius est, dominum acquiri absque datione, contra l. tradit. ff. de sequivendo verum dominio. Posterior, donationem inducere per traditionem ex falsa causa, contra l. i. C. de dois promissi. Quinto probatur ex e. final. 17. q. 2. iuncta Glolla verbo aut liberio, ubi statuit monachum vxorium revocari ab uxore cum omnibus suis bonis, eo quod professo contra voluntatem uxoris non tenuerit. Tandem probatur ex l. non saluum, ff. de actionibus, & obligacionibus, vbi sciens actum esse impossibilem, non videtur habere animum disponendum. Et huius sententia fuit Aretinus c. causam matrimonij. n. 11. de probat. Baldus auctem ingressi. num. 27. C. de sacro matrimonio Ecclesie, & ibi Tapia verb. sua. c. 1. n. 12. ubi addit uxoratum revocari a religione cum suis bonis, que expresse religioni oblitus, eo quod professo non tenuerit, fore tanquam visufructuarium eorum honorum, ac proinde teneri proprietatem restituere religioni, si liberis ex matrimonio non suscepere.

29. Tertia sententia, quam veram existimat, sic distinguit: si ingressus religionem dedicari tacite, seu expresse, accessori tamen, casuarin donatio professione existente irrita, quanquam nullitatis fuerit conscientia; si autem bona expresse, & principaliter dedit, manet firma donatio, si eum non latuit vitium professionis. Probatur prius pars, quia quando ex modo fuit facta donatione, animus non fuit donandi principaliiter, sed accessori ad traditionem personae: sed traditio persona non subsistit; ergo nec donatio bonorum accessoriuum enim naturam sequitur principalem, regul. accessori, de regulis iuris. Item, quia expressa illa accessori facta est eius, quod tacite professo inerat, & proinde nihil operari debet, ut diximus num. preced. argum. 3. Sed tacita bonorum dedicatio, quia professionem sequitur, est irrita, quando expresa professo non subsistit: ergo similiter haec expressa accessori donatio erit irrita. Probatur autem posterior pars, quia donans ex falsa causa, nec falsitatis ignarus, confiteretur donare, abdicatur a se dominium, transfertens illud in donarium, ut probabimus latib. 6. de matrimonio. disf. 2. num. 5. quia ratione ibi probabimus donationem factam inter coniuges putatiuos valere quando neutrum lauit nullitas matrimonij, nec teneri donatum restituere. Nec obstant in contrarium adducatur. Nam ad argumentum primae sententiae relatum num. 27. constat ex probatione prioris partis huius sententiae. Ad primum, & secundum secundam sententiam relatum num. preced. respondeo, non presumi donantem de morte cogitasse, nec causa professo donasse, cum sciuierit ingressum non teneat. Ad tertium respondeo, expressionem eius, quod tacite inest, nihil operari quando fit ex modo, quo tacite inerat, fecit quia aliter fit, ut probabimus latib. 3. de matrimonio. disf. 32. num. 4. Et ideo quando domino bonorum exprimitur accessori, quia exprimitur ex modo, quod tacite inerat, nihil operatur, itaque vitia principali professione, vitiaque donatio. At quando per se, & principaliter exprimitur donatio, exprimitur aliter quam inerat; tantum enim inerat accessori: quare eius valor non penderat a valore professionis. Ad quartum responderemus Decius statim allegandus nullum speciale concurrens, quia questione haec procedit de bonis traditis monasterio, & esto non essent tradita, non est speciale, nec contra ius, conferri dominium absque traditione quando persona donans in alterius potestatem transit. l. s. ad opus. ff. de preario. Nec facta est donatio ex falsa causa, quia

S V M M A R I V M.

Qualiter renunciatio bonorum, & hereditatis futura fiat in Societate Iesu iuxta eius constitutiones, sine tempore nouitatus sine post, & am si innovatum aliquid per Tridentinum. 31.

An in renunciatione ante ingressum seruanda sit forma in constitutionibus prescripta? 32.

An hac renunciatio habeat tacitam conditionem, si professio sequatur, ac proinde nouitio, vel post vota biennii ingressi sine reddenda bona? & referuntur probantia esse reddenda bona? 33.

Expliquer sententia authoris; resolutum contraria. a. 34. usque ad 36.

An renunciatio facta ante ingressum, ab soluta sit? 37.

An hac renunciatio confirmetur per vota biennii, vel per quae? 38.

An Societas cui haec bona donata sunt, nec ea reddens, tenetur de iuris ab ea excusum, vel expulsum alve? 39.

Q u a s t i o v l t i m a . An renunciatio bonorum, qui fit in Societate I e s v iuxta eius constitutiones, sit omnino absoluta, & minime pendens a futura professione, & proinde missus à Societate careat iure recuperandi, et ab eo Societate, fuit cuiuscumque alii donavit? Et prius dicendum est, quid praescribant constitutiones cuiusmodi renunciacionem: in examine. cap. 4. s. ii. r e s c r i b i t u r , ut ingressum in nouitatum Societatis I e s v , debeant ante primum ingressum temporalia, que habuerint distribuire, ac renunciare, & disponere

disponere de his, que ipsis obuenire possent, in opera pia, & sancta, iuxta propriam deuotionem, & submouendo a se omnem fiduciam ex aliquo tempore recuperandi: & s. 2. dicitur, ut si statim ob aliquas honestas causas non reliquerint, promittant se prompte relikturos omnia post unum annum ab ingressu absolutum, quandocumque per superiori eis iniunctum fuerit, & antequam ad professionem, vel vota coadiutorum formatorum admittantur, dispensent predicta bona in pauperes, vel alia opera pia pro sua deuotione. Subiungitur autem ibi. s. 3. ut velint aliqua erogare consanguineos, non aliter id efficer possint, quam interuenient iudicio, & arbitrio duorum, qui vita, & doctrina commendentur, & ab ipsis eligantur, a superiori approbentur, ne inordinate confanguntur affectu ducti in hac distributione ercent. Et 3. p. confit. cap. 1. s. 7. dicitur. F. explicatur, quorum bonorum renunciatio fieri debeat, his verbis: *Professio iurum bonorum se abdicare, tam de propriis bonis intelligendum est, quam de iure, vel actione, que ei competit ad bona, que sperat, sine scularia illa, sine ecclesiastica sua.* Que verba aperte includunt renunciacionem hereditatis presentis, sive futurae, quam sperant, cum continet renunciacionem omnium bonorum, iurium, & actionum, & hereditatis nil aliud sit, quam successio in viuorum ius. l. nihil aliud. ff. de verborum significatio. Et quamus aliquis posset pretendere nomine huius sperati, cui renunciandum est, non intelligi spem hereditatis futuri, iuxta doctrinam, quam cap. sequenti trademus, dicentem spem future hereditatis esse inanem, nec claudi sub renunciacione cuiuscumque iuris sperati at illa doctrina non obstante, dicendum est in hac constitutione claudi, quod ex fine illius aperte colligitur: finis quippe est, ut religiosus Societatis I e s v maneat omnino, & perfecte pauper absque vlo succedendi iure; quod minime obtineretur, si ius parentibus, aut aliis consanguineis succedendi retineret, cum acquisitum esset dominum illius hereditatis. Qualiter autem verum posse hac renunciatio hereditatis fieri viuentibus parentibus sine eorum consensu, dicimus cap. sequenti. Hac autem promissio diffiriendi bona non est votum, nec solum propositum, sed promissio simplex, ut declaratum est congregat. 3. generali Societatis I e s v. can. 1. quod quidem per Tridentinum non est correctum, ut dicitur infra, & confirmatum est a multis Pontificibus, & specialiter a Gregorio XIII. in extraquag. sua, descendente.

32. Vnde deducitur, nouitius Societatis I e s v ante ingressum in nouitatum posse de suis bonis disponere quomodocumque voluerint. At iam nouitius effecti non possunt aliter disponere, quam dictum est, obstante promissione simplici, quia in ingressu ligati sunt ad sic disponendum. Sic docet Molina romo 1. de instiua. disf. 139. colum. 4. vers. nouitius ante ingressum.

33. Quo supposito, loquendo secundum ius antiquum (nam an sit aliquid innovatum per Tridentinum, dicitur infra) videtur huiusmodi renunciatio habere tacitam conditionem, si renunciants in Societate perseverauerit, ac proinde, ut expulso sine reddenda bona. Primo, quia constitutiones Societatis, ut diximus num. 5. 1. eodem tenore loquuntur de renunciacione & facta post vota biennii in Societate, que renunciants constituant verius religiosum, & de renunciacione facta tempore nouitatus. At haec renunciaciones habent eam tacitam conditionem, si renunciants perseverauerit in Societate, saltem eo casu, quo iuxta dicta num. 5. & sequentibus, renunciaciones factae in nouitatu aliarum religionum eam habent conditionem: nul' a enim videtur maior ratio de renunciacione facta in Societate. Ergo & renunciatio facta post vota biennii habet eandem tacitam conditionem. Et confirmatur, quia similiiter eodem tenore loquuntur constitutiones de renunciacione futura hereditatis facta in Societate. At haec

habet eam tacitam conditionem, dum renunciants permanenter in Societate, vt constat: nam eo ipso quod profitetur quispiam in ordine Minorum, censetur renunciare futuram hereditatem, siue illius incapax; & tamen si tempore mortis illius, cui successorius erat, & a quo deferenda era hereditas, sit legitimè ad alium ordinem, vel dignitatem translatus, & sic capax successoris, succedit utique: ac proinde ea renunciatio habet tacitam conditionem, si renunciants in eodem statu permanenter. Ergo similiter aliae bonorum renunciaciones habebunt eandem conditionem. Tandem, quia in constitutionibus Societatis I e s v. 2. cap. 3. s. 5. fin. dicitur sic de dimisso à Societate; *fecum omnia deferat.*

Prima tamen conclusio sit. Renunciatio bonorum, 34 que fit in Societate I e s v iuxta praescriptum constitutionum, si far post vota (vt communiter iam sit) nullam habet imbibitam conditionem, sed est omnino absoluta, & irreuocabilis. Quare si ea facta sit in favorem Societatis, non tenetur Societas dimisiss ex ea redere bona; quod optimè docet Molina tom. 1. de instiua. disf. 139. colum. 3. vers. illi qui finis. & colum. 4. vers. nouitius ante ingressum. Probatur primo, quia in examine cap. 4. s. 1. dicitur de hac renunciacione sic: *pia, & sancta opera sit, iuxta illud Christi, dispersi, dedit pauperibus; & illud, si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, que habes, & da pauperibus, & sequere me.* Et Gregorius XIII. in sua extraquag. ascendente, agens de eadem renunciacione, affert item dictum Christi, *vade, & vende, &c.* dicitque hanc renunciacionem fieri ad amplectendum id Christi consilium, & distributio illa in pauperes, de qua Christus loquitur, est omnino absoluta, & irreuocabilis, & si reuocabis effet post Societatis egrediem, non vtique facta in pauperes, à quibus nulla spes recuperandi subest, & per accidens est, vt sit in favorem Societatis; & ea solum ratione fit, quod sit opus pius relinqueret Societati, sicut cuicunque religioni, vel Ecclesie. Ergo sicut facta in alios pauperes irreuocabilis est, ita facta in Societatis favorem. Et confirmatur, quia renunciatio facta à nouitiis in aliis religionibus, que iuxta praescriptum Tridentini ieff. 25. de regularibus. cap. 16. habet tacitam conditionem, ut tunc valeat irreuocabiliter, quando sequuta est professio, eandem conditionem habet siue facta in religionibus, que in cuiuscumque alterius favorem. Secundò, quia finis constitutionis iubentis eam renunciacionem, est, ut renunciants maneat vere pauper, vt si possit libere Deo vacare; & sic dicitur de hac renunciacione bonorum cap. 4. s. 1. a se omnem fiduciam submouendo eadem vlo tempore recuperandi. At non manet per se pauper, nec omni recuperandi spe, ac iure destitutus, si renunciatio haec haberet tacitam conditionem, ut solum valida sit, dum renunciants persevereret in Societate. Sicut nouitius renunciants in aliis religionibus, non efficitur verè, & perfectè pauper, nec ea spes propositus, eo quod renunciacionis illius firmatas pendas ex futura professione, ac ius, spesque habeat recuperandi si exeat, & ius hoc sit pretio estimabile. Nec latius est dicere, renunciants in Societate definiti ea spes, & fiducia quantum est ex parte sua: quia hoc non sufficit ad perfectam renunciacionem, quam perfectio Euangelica postulat, nec ad perfectam paupertatem, cum reuera maneat recutius ad ea bona, & ius pretio estimabile ea recuperandi non sequitur perseverantia. Tertiò, quia in consti. 3. p. cap. 1. s. 7. cum prescribat quando superior post primum nouitatum annum clavum iudicare debet hanc renunciacionem oportere fieri, dicitur sic: quando superior indicans in huiusmodi bonis tentacioni occasionem, & minus proficiens in futuris habere aliquem, et qui illic adberat aliquo immoderato amore, & confidentia. At existente renunciacione hac conditionaliter, manet adhuc tentacionis occasio, & immoderati amoris terrena temporalium, & confidentia recuperandi. Et confirmatur, quia

quia ideo Tridentinum s. 15. de regularibus cap. 16. prescribit, ut renunciari nouitorum in aliis religionibus est sub tacita conditione, si professio sequatur, quia expedit libero nouitorum egressui consultare; qua: libertas desiceret, si earente spe recuperandi bona. At quando post vota biennij sit praedicta renunciatio (vt communiter iam sit) est valde necessarium occurrerit libertati, & faciliter petendi egressus est Societate, tamen ligati predictis votis non sint iam sui iuris, teneantur perseverare in Societate, ac ita vivere, vt occasio nem suae dimissionis ex canonio praestat. Ergo iure optimo credendum est, eam renunciationem non esse conditionalem, si renunciantes persevererent in Societate. Quippe qui cum illa recuperandi bona post exitum spe, non ita caute vivere curabant, vt perseveraret proficere & si noscent omnibus be bonis destinatos, procurarent totis viribus perseverantiam. Quarò, quia si renunciatio haec non foret absoluta, non oporterebat marum superioris consilium adhibere ad hanc renunciationem permittantem, & solis constantibus stabilibus in sua vocatione eam petinente, vt praeficeretur Provincialis reg. 8. cui officio. Nam si a vocatione posse desicerent, ius sua bona recuperandi retinerent; si cut eo maturo confitit opus non est in renunciatione nouitorum in aliis religionibus, eo quod id ius retinent. Et confirmatur, quia Gregorius XIII. in sua extraag. ascendente, reddit rationem, cur in Societate ligati votis biennij retingant ad tempus dominum suorum bonorum, eti non vslm, iis verbis, ut misereb. Societas habeat libertatem, illos si opus fuerit cum minori offenditione dimittendi. At si renunciatio effet conditionalis, penderetque à perseverantia, nulla est difficultas in expulsione, nulla effet officiosa causa, cum predictis expulsis bona essent restituenda. Quinto, quia in confirmationibus, part. 2. cap. 3. §. 5. fine, vbi ferme factio de eo, qui a Societate dimittitur, sic dicitur, secum omnia ferat; ea verba sic exponentur in declarationibus, littera B. Ea, que ipsius esse constat, difficile non est statuere, ut secum ferat: verum in iis, que vel ex-pendit, vel dedisset Societati, vel alioqui si accidisset, vt filio animo in domo, vel Collegio ipsius habuisse, prudenter superioris dimissionis relinquunt, ut habita ratione cum egestate, tum edificatio, statuat numquid illi aliqd amplius, quam quod inveniatur de rebus ipsius, dari debet, necne, & si amplius, quantum. Ex qua declaratione clare constat, dimilum latrum secum omnia, de quibus non disponuerat donanda Societati: & declaratio explicetur dicens, omnia, que ipsius esse constat. At qua Societati donavit, iam non sunt sua. Et postea agens de iis, quae Societati dedit, nihil disponit, quod ad legem iustitia attinet, quasi supponens nulla iustitia lege astringi. Societatem ad ei aliquid reddendum, vt reuera non astringitur. At attentis solis equitate, & edificatione, remittitur prudentia superioris, num aliquid amplius reddendum sit, quam quod inveniatur de rebus ipsius, id est, quas non expenderat, nec Societati donarat; quippe ea solares sunt ipsius. Tandem, quia Gregor. XIIII. in extraag. ascendente, interdicti glossas, ac interpretationes confirmationum Societatis, & instituti adhiberi referuans omnia dubia per Sedem Apostolicam, & Patrem Generalem nostrum declaranda. At Pater noster Generalis respondens ad postulatum congregatiois Bethiae prouinciarum anni 1584, declarauit, renunciacionem hanc esse absolutam, & independentem à perseverantia. Nec obstant rationes contrariae adductae, n. precedenti; quia ad primum, & eius confirmationem constabat ex dictis duplici numero sequenti. Ad secundum autem constat ex dictis in precedentibus rationibus.

35 Secunda conclusio. Idem dicendum est de renunciatione, quae fit in Societate post primum nouitiatum annum ante vota biennij iuxta Societatis constitutions; ea enim est absoluta, & independens à perseve-

rantia: quare nouitius ille à Societate resiliens non habet ius ea bona, sive Societati, sive cuiquam alii donata, recuperandi. Quod bene tradit Molina tom. 1. de inst. dis. 139. column. 4. vers. nouitij ante ingressum. Et ratio est, quia quamvis ea donatio in aliis religionibus censeatur causâ folius professionis futurâ facta, & proinde dependenter à professio, id ex sola presumptio est, quia nimur talis presumptio donantis animus: quare vbi de contrario animo constat, donatio est absoluta, vt diximus num. 2. At in hoc casu constat de contrario animo, quia nouitius in Societate renunciat iis bonis in opera pia, iuxta Societatis constitutions, & vt implet quod initio ingressus promisit, nempe, omnia bona à se addicatur post primum nouitiatum annum, quando superior præscriperit. At constitutiones Societatis constat modo loquuntur de renunciatione hac, sive post vota biennij, sive post primum nouitiatum annum facta ex præclero superioris, vt diximus num. 3. & vtrique dicitur ibi fieri absque villa prorsus recuperandi spe. Ergo vtrique est absoluta. Et hinc constat solutio ad primum argumentum, quod contra hanc conclusionem pugnat, propositum reg. 8.

Tertia conclusio. Idem dicendum est de renunciatione legitime parentum superfluitum, que iuxta constitutiones fieret post primum nouitiatum annum, aut vota biennij, quia constitutiones eadem modo de hanc renunciatione loquuntur, & diximus num. 3. Nec obstat confirmatione primi argumenti adducti n. 3. quia contra hanc conclusionem pugnat, quia est diuersatio de renunciatione que tacite fit eo ipso quod quispiam in religione Minorum profiteret, quia ea non fuit renunciatio expressa in favorem alicuius, cui ius acquisitum sit, sed sola tacita ob admissionem status incompatible. Quare habet tacitam conditionem, nisi ante declarationem, & consequenter antequam ex illa alicuius ius acquiratur, renunciantis fiat capax. At in nostro casu est renunciatio expressa in favorem eius, cui per illam iusfit.

Quarta conclusio. Si volens ingredi nouitiatum Societatis, vel tempore nouitiatum renuncierat, aut sua bona donaret, non iuxta Societatis constitutiones constituentes, vt non nisi post primum nouitiatum annum, & ex præscripto superioris fiat renunciatio, iudicandum est de huiusmodi renunciatione, ac de ea, quae fit contemplatione ingressus in alias religiones. Quare sicut hec penderet à futura professione, & proinde bona recuperantur à nouitio egridente, iuxta dictam num. 6. & sequentibus, ita & illa. Ratio est, quia de neutra est maior ratio, cum sola renunciatio facta in Societate IESV iuxta eius constitutiones habeat vim abolute donationis, quod ita in constitutionibus illis præscribitur: atque ita que non fit iuxta constitutionis præscriptum, carebit ea abolita donationis virtute, & vbi de contrario donant, aut renunciantis animo non constat, censetur in dubio facta dependenter à professio subsequentur, sicut in aliis religionibus contingit.

Quinta conclusio. Huiusmodi donatio, ac renunciatione facta non secundum constitutiones Societatis IESV, non constat ariet per sola biennij vota, sed per sola coadiutorum formatorum, aut professorum; quare remunerationem egressus est Societate post sola biennij vota, recuperaret ea bona in iis casibus, in quibus num. 6. & sequentibus diximus eum recuperaturum, si in reliquis religionibus egrederet anno nouitiatum. Ratio est, quia quamvis per ea vota biennij censetur ea emittens verus, & perfectus religiosus; at non abdicat a se dominum, & ius ad bonis, sed solum vslm, donec vel ei dominio, iuri renunciet, vel vota coadiutorum formatorum aut professionem emitat: ergo antea non redditur soluta omnino donatio. Quare, vt praedicta donatio, sive omnino perfecta, & absque spe recuperandi, perinde ac si tunc fieret professio, debet donatio illa.

illa fieri iuxta constitutiones Societatis: nō poterit autem donatio haec revocari, si nouitius ille non egredietur à Societate, sicut de donatione ab ingredientibus alias religiones facta diximus n. 18.

39 Ultima conclusio. Si donatio ingredientis Societatem, fieret in eius favorem, quamvis ea facta secundum constitutiones sit absoluta, ac proinde nihil ex ea restituendum sit renunciante egrello, aut dimissio à Societate, tenetur ramen Societas, si donans egenus sit, praetate ei alimenta, aliquin integrum erit donatori revocare donationem ratione ingratitude, quia donatarius tenetur alere donantem egenum, alii poterit revocari donatio, vt multis allegatis tradunt Laza l. s. quis à liberis. S. den. Index num. 5. 8. & 59 ff. liberis agnoscendi. Iulius Clarus lib. 4. receptionis. S. donatio. quies. 21. num. 3. Surdus de alimento. s. i. quies. 8. à num. 1. usque ad 7. qui optimè cum aliis per ipsum citatis hoc limitat num. 7. quando donatio est omnium bonorum, vel maioris partis, per quam donator efficaciter pauper; & n. 8. bene probat cum aliis alimenta haec prestanta pro rata fructuum rei donatz; & optimè etiam num. 15. limitat cum aliis, nisi donans habuerit alimenta ab aliquo tertio: quia cum hoc casu non debeantur alimenta iure actionis, sed officio iudicis, cestis obligatio, si donator habuerit alimenta à tertio. Et hinc quoque ego infero durare hanc obligationem tandem quidam necessitas donatoris duret. Quare donatore poeta consequente beneficium aliquod ecclesiasticum, vel bona aliqua, quibus ali possit, cestis haec obligatio: quod si bona consequita non sufficient ad integra alimenta, diminuetur obligatio donatarij ad alendum, sicut de aliis obligationibus subsidiariis, vt filiorum ad alendos parentes, tradunt authores.

C A P V T II.

Qualiter valeant renunciations legitime parentum, & aliorum bonorum factæ in Societate IESV, quando sunt absque parentum consensu in favorem ipsius Societatis, vel cum iuscumque optis pi.

S V M M A R I V M.

Explicitur, qua difficultatem ingerant, & quas questiones dispensantur, s. 11. Part. 1. future hereditatis an valeant? n. 2. Quid si patrum non sit de tota hereditate, sed de eius parte, ac de re particulari? n. 3. An intelligantur donatio, hypotheca, & quicunque alii contractus? n. 4. An hereditas finitur posse hypotheca subiecti, vel comprehendatur sub generali bonorum hypotheca? n. 5. An valeat patrum, sive sit de dividenda hereditate viuentis, sive de defuncta, sive donata alteri? n. 6. An valeat patrum sive sit de succedendo, sive de non succedo? n. 7. An possit quisdam testari de hereditate, quam erat, ac hec spes dicatur in filiis probabilitas, & in iure consuebilis, & renunciantis omnibus iuribus, quae sperat, censetur huic renunciare? n. 8. An spes haec succendi in filiis dicatur aliquo respectu probabilitas? n. 9. An dicatur probabilitas quando ex eius dispositione non inducit, ut vobis captanda moris? n. 10. An postea sicut patrum sive sicut hereditatem parentum valeat? n. 11. Quid de patre parentum circa hereditatem filiorum? n. 12. Quid de patre extraneorum circa hereditatem, quam sperant? n. 13. An, & cur valeat patrum circa futuram successionem de con-

Qvestio hæc satis difficultis est, & dependet ex intellectu textuum I. finalis. C. de patris, & I. hereditatis. C. de patris conuenientib; quorum prior decidit; non valere renunciacionem hereditatis persona viuentis absque eius consensu. Posterior autem decidit, hereditatem solemni testamento, & non aliis dati posse: quibus renunciatio haec ex diametro aduersari videtur, cum sit renunciatio totius patrimonij per patrum irreuocabile, & hereditatis parentum viuentium absque corum consensu. Ut ergo clarè procedamus, triplex erit quodlibet. Prima circa intellectum I. finalis. C. de patris, & qualiter irrita sit renunciatio, aut quodlibet aliud patrum circa hereditatem tertie personæ viuentis. Secunda circa intellectum I. hereditatis. C. de patris conuenientib; qualiter hereditas possit pacto dari. Tertia, an repu-